



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Sectio IV. De alijs indicatijs minus vrgentibus & minus certis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

Farina. 2
nu. 40.

vide nu.
o. 36. &
9.

Frã: Ca.
on. de in.
fic. r. 7.
t. n. 17.
Diaz reg.
170. Ana.
Gomez.
o. 3. c. 12.
n. 15. Sai.
nen. spif.
Geenen.
r. Select.
c. 1.

R¹
f. c. sicut
fignum
qui etian
de hom. c.
qui po.
test. & c.

oportet saltem esse concordēs in quali-
tate minarum, licet discordent in loco
& tempore: p̄ aliās si essent omnino
singulares, vel esset vnicus tantum tes-
tis, minæ non facerent indicium ad
torturam; sed tantum ad faciendam in-
quisitionem generalem sufficerent. 8.
ad torturam sufficerent minæ homi-
nis soliti exsequi, cum causâ præxi-
stente minarum, utpote honor læsus,
odium, utilitas, aut quid simile: quod
si ad consuetudinem exsequendi, &
causam accederent alia adminicula
præsumptionum (utpote inimicitia)
tunc etiam ad condemnandum suffice-
re tales minas censet Farina. post mul-
tos, quos allegat, q̄ non quidem ad pœ-
nam ordinariam, sed extraordinariam
& pecuniariam, non corporalem quod
fateor. quando concurrunt minæ ini-
micitia, delictum, & consuetudo exse-
quendi: idque facilius in excepto &
occulto difficilique probationis cri-
mine nostro sortilegij admiserim, quã
in alijs: tamen semper propenderem
in sententiam negantium, vnquam in
vilo crimine licere ex huiusmodi indi-
cijs tantum remotis ad condemna-
tionem procedere.

SECTIO IV.

*De alijs indicijs minus urgentibus
& minus certis,*



Dignum est, quando quis po-
tuit maleficium impedire,
& non fecit: si tenebatur nõ
lege tantum caritatis (qua
omnes homines tenentur) sed etiam
lege iustitiæ, ut puta ratione officij:
tunc puto vrgentem præsumptionem
occultæ societatis induci; s̄ & talem nõ
prohibentem esse plectendum pœnã

A saltem extraordinaria, quando ali-
qua adhuc adminicula accedunt: intel-
lige primo posse torqueri: & si post tor-
turam necessaria reliqua adsint ad
condemnationem iuxta dicta paulõ
ante in fine præcedentis sectionis etiam
posse procedi. Quod notandũ est pro-
curatoribus, & advocatis fiscali, & simi-
libus officiatis iustitiæ. Sed, si quis tan-
tum tenebatur obuiare ex præcepto
caritatis; tunc non puto istud indicium
sufficere ad torturam, si alia nulla cõie-
Bctura concurrat, maxime si postea non
associavit se sic delinquenti. Et hæc
limitant DD. quidam in crimine læsæ
Maiestatis, quos sequitur Iul. Clar. &
non est dubitandum de foro externo:
ibi enim non reuelans hoc crimen pun-
itur: sicut & serui, qui non defende-
runt Dominum occisum. In foro cõ-
scientiæ, neque hos seruos, neque alios
illos, ne in crimine quidem læsæ Maie-
statis, putarim ad restitutionem dam-
Cnorum teneri. Hinc patet indicium
& præsumptionem induci contra iudi-
ces: qui omittunt vel negligunt malefi-
cos punire, ad quod tenentur ratione
officij, ut dixi. vt & belli dux ratione
militum: & prælatus, subditorum. quæ
est communis sententia, argum. c. qui po-
test, 23. q. 3. cap. negligere, 2. q. 7. Sman. in
praxi tit. 15. Capic. decis. 130. nu. 67. Prax.
epit. delict. c. 28 n. 30. & 31. Nicol. Morom.
de fide treug. & pac. q. 138. n. 41. & hi
omnes, quia iure ad hoc tenebantur, ad
restitutionem damnorum ex omisio-
ne hac ortorum, parti læsæ tenentur:
neque obstat Covar. & Med. citati:
E loquuntur enim de ijs, qui tantum te-
nebantur obuiare ex caritate; quoad
seruos Domini occisi aliud est, quia li-
cet puniantur in foro externo id fit
propter præsumptionem, & ideo in fo-
ro conscientia non tenentur ad restitu-
tionem.

quãte de
ten. excõ.
mun. c. 6.
in infir-
da. c. 1. q.
3. cõ sim.
& Gandia.
tit. de præ-
supt. & in
d. in du. n.
24. Meno.
de arb. ca.
355. nu. 7.
quos sic
interpreta-
tione inter-
ligo sen-
tentia cõ-
muenem,
quam leg.
Antoa.
Gomel. d.
l. 3. tit. de
hom. n. 4.
& in tit. de
læs. maie-
n. 8. Clar.
n. 3. & Bar.
q. 91. n. 6.
al. 1. sed
& in con-
ad syllab.
b sic bene
elatus sit
post Iul.
medin. &
Cova. ibi
citatos.

2. Est,

2. Est, quando quis patrociniatur sponte maleficis, & conatur criminis enormitatem eleuare, & contendit non esse credendum ijs, quæ de illis certò narrantur, & ea omnia vana esse & delira aliaque huiusmodi, sicut fecere VVierus hæreticus, & nostris temporibus quidam Calidius Loseus Theologus, cuius animæ Deus parcat: qui dum viueret fuit eo nomine suspectus infinceræ fidei, & Bruxellæ incarcerationis, & Treuiris expulsus, quia libellum parauerat, & conabatur clanculum Colonia, (quod hic inferendum duxi, ut, si forte infelix iste partus postumus, cum noxa publica, lucem aspexit: vel scripta exemplaria, ut solent opera tenebrarum, clam distribuantur, sibi quisque caueat, ne specie pietatis impietatem hauriat) parauerat inquam, & conabatur libellum edere in hanc sententiam, coactusque fuit abiurare huiusmodi dicta, scriptaque, & merito siccenim natura comparatum est, ut quæ quisque libenter & proterue defendit, ea non fugiat, neque se illis facile abstinere: à quibus vero se abstinere ea non multum laboret, cum inuidia & molestia, tueri. Deinde ut plurimum tales postea deprehenduntur occultæ societatis rei. Estque hæc persuasio diligenter vitanda, cum omnibus, tum maximè procuratoribus, aduocatis iudicibus. VVierus, si credimus Creteto discurs. 3. de odio Satana hanc defensionem suscepit, quia ob Magiæ crimen pœnam mortis verebatur. Ex Iaquerij flagello Fasciniorum constat per EDELINVM DOCTOREM SORBONICVM hoc diabolium conatum persuadere mortalibus Iaquerij verba sunt: non immerito creditur, quod demones, qui hæresim & sectam abominabilem fasciniorum erexerunt, induxerunt asserto-

A res ad credendum, & pertinaciter assertandum: quod ea, quæ per maleficos fascino sunt in cultu demonum, non sunt nisi illusiones dormientium. hoc autem late clarius patet ex processu factò cuiusdam magistro in Theologia [addit MONSTRELETVS p. 3. Chronic. cum fuisse Priorem S. GERMANI in loco, quem vocant Galli en l' haye: & ante fuisse monachum ordinis D. AVGVSTINI, & prius etiam aliorum ordinum. unde hominis inconstantiam facile notes.

B Super huiusmodi hæresi & secta deprehensio: qui sponte confessus fuit & detexit, quo modo in cultu demonis ipse cum pluribus alijs complicit. realiter & pluries conuenit, quem demonem inter eos vidit, & coluit apparentem, quandoque in forma hominis, quandoque in forma hirci, ubi abnegauit DEVM & fidem Catholicam, Beataeque virginem & crucem. Prædictus autem Magister vocatus Mag. GVILHELMVS Adeline anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio die duodecime mensis Septembris. [MONSTRELETVS vocatus GVILHELM. EDELIN, & dicit hanc sententiam latam mense Decembri, in Vigilia Natiuitatis Dominicæ: in ceteris conueniunt, de loco, de anno, de confessione, de pœnâ.] In capella EPISCOPALI EBROICENSI iudicialiter coram iudicibus fidei, cum laetis in terram prostratus, exhibuit quandam scedulam continentem sua commissam contra fidem in dicta hæresi & secta, offerendo prædicti iudicibus abiurationem. Ipsa autem schedula continebat inter cetera, quod quando ipse fuit introductus ad dictam sectam Diabolus assererat, quod ipse Ma. Guilhelm bene posset si veller, augmentare eiusdem demoni dominatum, præcipiendo eidem Mag. Guilhelmo prædicare, quod eiusmodi secta non erat nisi illusio, & quod hoc prædicaret, ad conten-

tandum populū patriā, vbi tunc morabatur ipse Magister Guilhelm. Hunc Magi Guilhelmum ego, qui hac scribo noui, & frequentissime vidi antequam esset de hoc crimine suspectus.] Hæc Iaquer flagelli hæreticor. *f. in ar. cap. 4.* Nostris temporibus summa ope & vi Doctor Vlaet, vnus ex PRINCIPIS ELECTORIS TREVIRICI Consiliarijs, hoc idem contende- bat; sed ei se fortiter erudite cōscriptā confutatione erroris. Petr. Binsfeldius oppoluit, edita *Disputatione de Confessione Maleficar.* Captus ille Vlaetius, crimen tandem, fraudemque confessus: vt & EDELINVS; flammis feralibus consumptus fuit. Indicium hoc nititur aperta iuris præsumptione, *l. vni, C. de priuat. carcerib. & c. error. 84. d. & docent Pet. Loyherius libro. 2. de spectris fol. 526.* LVDOVICVS RICHEAVMVS noster. *in libr. trium Discursum,* Iaquerius Michael. Remig. Bodinus, Crespet. & alij. Oratos velim Iudices (quos ego talia perperam effutire intelligo) vt dignentur has Disquisitiones nostras legere, & in singula inquirere: quæ displicebunt, refellant: quæ refellere nequibunt ijs, fastu, & obstinatione seclusis, assentiantur. Irridere, contemnere, nec legere, intelligere uelle: vanitatis, non grauitatis est, inscitia, non sapientia, leurrarum, non iustitia Sacerdotum. Solo autem Canone illo, *Epis. opi. 26. quæst. 5. niti;* & verba vrgere. non sententiam: nec ad ipsa quidem verba satis attendere, totamque canonis seriem: sed frustulatum eum discerpere: nec explicati- nem Theologorum, & Canonistarum doctissimorum admittere: nec iudicium suum communi omnium Euro- pæ Catholicorum sæcularis & Eccle- siastici fori Tribunalium praxi, rerū- que iudicatarum auctoritati submit- tere: sed vnum malle VVierum, aut al-

terum, reprobæ religionis hominem, sequi, & cum scandalo audientium publice ista iactare: quid aliud est, quā Tribunalia omnia Catholica inscitia, iniustitia, crudelitatis damnare? quam maleficis & eorum sceleri habenas per- mittere ad nocendum? quam reipubl. & humano generi toti, & Deo Opti- mo Maximo tali conniuentia patrocini- oque terribilissimæ apostasia, atrocissi- mam iniuriam inferre? *vide dicta supr. lib. 2. q. 16. & dicenda infra hoc eod. lib. 5. sect. 16. litt. VV. vbi c. episcopi falsissime ex- plicabo.*

3. Est, cum sortiarj, vt plurimum etiam sint hæretici: eos qui scienter defendunt ipsos & errores eorum esse ipsis deteriores, proque locijs habendos, qui nesciunt esse sortiarjos, hi puniendi non sunt, vt tales: nili sua defensione iudicis officium impediunt. Qui scientes esse tortiarjos, non defendunt errorem, sed personam tantum: illi se valde suspectos reddunt, & contra illos specialiter inquire potest, & ob defensionem hanc sunt puniendi: vt & aduocati & notarij: illi, si scienter & sponte in iudicio patrocinantur, venia nõ petita, vel ad hoc à iudice non deputati; hi, si instrumenta scienter illis confecerint. Quod si iudices, vel Domini eos in suis iurisdictionibus, aut terris defenderint: primo sunt excom- municandi, & post pertinaciam offi- cijs, dignitatibus, & bonis priuandi, & in exilium mittendi, vt regijs Hispaniæ & Sicilia constitutionibus iustissi- me cauetur. fallit hæc 3. regula, quando sortiarj non sunt hæretici.

4. Quod de defensoribus dictum, idem de fautoribus obtinet: qui verbis, factis, consilio, vel pecunia eos iu- uant.

cca. qui
lior. 14. q.
c. qui cõ
sentit. a
quæst. 1.
d. c. accu-
satus. n.
de hæret.
in 6.
a. c. eret-
municar-
m. 3. er-
dentos de
hæret. Bren-
nus l. 1. de
hæret. c. 1.
Similiter
in præd.
v. c. 1.
b. c. ad ad-
uocatos. de
hæret.
c. 1. par.
9. v. l.
Terrest.
Sum. de
Ecclesi.
1. p. lib.
c. 11.



d. l. 1. & 2.
de rece-
ptat.
Barr. ind.
l. 1. text. in
li. 1. C. de
receptat.
seu oportet
de ac-
cusat. l. si
vicinis. C.
de nupr.
g. c. leg. 2. 3.
q. 8. c. in fi-
delis 28.
q. 1.
v. l. de
recept. cu
simpl.

Deut. 13.
& 17. Pla-
to. lib. 10.
de legib.
D. Leo.
homil. 4.
de collect.
& hom. 4.
de ieiun.
D. Thom.
& Gaier.
22. q. 33.
2. 7.
Bernard.
Arealis
lib. de arte
correct.
concl. 6.
propol. 6.
Alf. a Cast.
l. 2. de iust.
haz. puni-
c. 2. 5. Sor.
lib. de tar.
reg. secrete.
uemb. 2.
q. 4. & l. 5.
de iust. &
u. q. 5. 2. 1.
Can. l. 12.
de loc.
Theo. c. 9.
D. Ba.
mez. 1. 2. q.
33. a. vit.
dub. 1. si.

5. Maiorem etiam præsumptionem
deser præbent occultatores siue rece-
ptatores, eorum d: si scienter hoc fe-
cerint e, vel non vi coacti. Quod, si
contra occultatorem occurrat alia præ-
terea præsumptio, cogitur ipse vim
vel ignorantiam probare: vt si sit ami-
cus, vel consanguineus: neque hic co-
gnatio exculat a poena in totum g, sed
tamen causa est lenioris multo puni-
tionis: maxime si sit valde arcta neces-
sitas, vt confugium, filiorum, fratru h.
Hæc quoque locum tantum habent,
quando maleficium est iunctum cum
hæresi.

6. Tenentur omnes, si maleficium
sit coniunctum cum hæresi, malefi-
cium denunciare (quod extra cogno-
uerint) & iudicibus iudicare n: &
qui hoc non faceret merito præsumi-
tur socius, argumento fautorum ac
receptorum. Sed quaeritur V. de-
beat hoc casu præmitti correctio frater-
na: si constaret maleficium non esse
coniunctum cum hæresi, nemo dubi-
tat esse correctionis fraternæ seruan-
dum ordinem: sed quia hoc est de
plane raro contingentibus, quoad
striges & fortiaras & veros magos
dæmoniacos: ideo quoad hos, omni-
no nescio hæc in re idem dicendum,
quod de hæreticis, quibus Dd. sol-
licite disputarunt k. *Imprimis*, si hære-
ticus est dogmatista: protinus debet
iudicibus deferri, vt cautum lege di-
uina Deuteron. capite decimo tertio, & de-
imo septimo. ratio, quia nulla moraliter
spes suppetit tales admonitione corri-
gendos: & iuxta D. Paulum: *mali homi-
nes & seductores proficient in peius erran-
tes & in errorem mittentes.* (2. Timoth.
3.) vnde consequiter quotiescumque
probabiliter constat non redituros ad-
monitione ad sanam mentem, statim

A denunciandos l. quia periculum est,
ne sermo eorum, vt cancer serpat. qua-
re commune bonum præferendum est
vnius priuatæ famæ: & cum talis iudi-
cio suo plusquam iudicio Ecclesiæ tri-
buat, stultum sit sperare quod priuati
hominis admonitionem auscultaturus
& crediturus. Et hoc verum de omni-
bus, quos constat malitia errare: nam
hi solent esse pertinaces. huiusmodi
ergo tenetur quisque sub mortali de-
ferre.

B *Secundo* si constat aliquem ex igno-
rantia errare, & certum sit moraliter
siue firmiter creditur post admonitio-
nem emendandus, & correctio profu-
tura: tunc præmittenda est admonitio
fraterna m,

C *Tertio*, si dubium sit vtrum corre-
ctio profutura necne, & vtrum ex ma-
litia an ex ignorantia peccet: hoc est si
dubitetur probabiliter de eius perti-
nacia: tunc res est dubia. quidam cen-
sent tunc prius legitime admonendum
n, quam denunciandum: & legitime ad-
monere vocant, quando quis admonetur
ab habente auctoritatem prælatio-
nis, iudicij & eruditionis: ita vt teneatur
illi credere. nam non est dicendus
admonitionem contempsisse, qui non
credidit ei, cui credere non tenebatur.
hæc sententia est valde æqua. Resp.

D tamen videtur vtilior sententia con-
traria, nempe hoc casu deferendum Ec-
clesiæ o, argumenta pro sententia hæc
sunt. tum quia in re dubia non est res-
pons. Christiana in discrimen addu-
cenda, semper enim subest periculum
moræ & subuersionis aliorum: & lege
naturæ bonum commune particulari
præponendum, tum quia si reus ille nõ
erat bonæ famæ, parum refert eam
iuste lædi: si vero erat, hoc iplo magis
nocere reip. potuisset, cuius bonum
præferendum eius existimationi. tum

man. sup
c. 23.
est com-
munis sen-
tentia ci-
tatorum
& præter-
ca Dd. in
4. d. 19.

m est Du-
rand. d. 19
& citato-
rum com-
munis.

n Ban. su-
pra.

o sic post
Areal. &
Sor.
(quos ci-
tat) Si-
man. nu-
mer. 12.

quia vel errabat ex mera malitia, & tunc iustissime delatus fuit: aut errabat ignorantia, & tunc iudices vel eum non comprehendunt, vel comprehensum abluent, & utroque casu salua erit eius fama. Ex his infero in *Magia crimine* quia lamia semper sunt valde pertinaces, & vix fieri potest, vt ex ignorantia peccent: & semper mora est damnofa alijs) ideo semper sub mortali vnumquemque teneri confestim eas denunciare, etiamsi cum heresi non sit coniunctum earum crimen: & ideo qui non reuelant hoc crimen, extra confess. sacramentalem, acceptum indicium contra se, saltem ad inquisitionem etiam specialem praebere, quod miror Dd. non obseruasse. Opinor omisisse, quia comprehendebant sub crimine heresis, vt Sancta Inquisitio facit in Hispania. Deinde sage reuelanda sunt, quia delictum earum non censetur commissum, sed committendum & damna impendent proximo, & reipublica, ideo in conscientia quis non potest tacere: hoc enim in genere Doctores communiter de conscientia foro recipiunt in quouis crimine committendo: Peccabit ergo hoc non faciens, sed contra charitatem, non contra iustitiam, idque omitendo non committendo: ideo non tenebitur ad restitutionem, ad damna & interesse partis q, nisi sit talis qui ex iuris praescripto reuelare tenebatur.

7. Indicium sumitur ex mendacio rei, quod semper sufficit ad inquirendum: non vero sufficit ad torturam, nisi sit adiutum alijs praesumptionibus. Intellige mendacium facere indicium, si concurrant sequentia, nempe si sit circa qualitates & circumstantias substantiales, siue, proximas delicti (vt circa tempus vel locum delicti) non

A circa remotas, (vt locum originis rei) & circa ea, quae, si vere dixisset, reo prejudicassent in hac causa: & reus non habet pro se vllum indicium innocentiae, vt puta vnum testem, bonam famam, vel quid simile: & mendacium euidenter est probatum.

B 8. Est rei variatio adiuta aliquo alio praedicio, idque circa qualitates & circumstant. proximas delicto (vt dictum de mendacio) & ea quae immediate rei defensionem respiciunt. Reus variat, qui modo dicit vnum, modo aliud: haec variatio facit indicium ad torturam, cum emanat ante torturam in examine: & ad vltiorem torturam, cum contingit in tortura: & ad nouam, quando post praecedentem contingit, dummodo praecedens tortura facta sit ex indicijs legitimis: & dummodo praecedentia indicia non sint satis per torturam expurgata: nam si forent expurgata sufficienter, non posset amplius interrogari super delicto, non noceret etiam variatio: si nata esset ex obliuione, vel alia causa probabili, verbi gratia, si se corrigendo reus variasset: his enim causis deest doli omnis suspicio.

C 9. Est vacillatio & titubatio, quando quis loquitur tremens, trepidans, timens, vel pallens, vel sudans praean-gustia timoris: & notarius illud indicium scripsit: tunc volunt hoc esse idoneum indicium ad torturam cum variatione praecedentis numeri, Bart. & alij fundamentum huius sententiae est, quia oculus & vultus solent esse animi indices, vt ex sacris litteris & prophanis scriptoribus probat Simancas: sed adhuc existimo istud indicium non esse sufficiens cum variatione, quia nimis est fallax & dubium & debue, quia multis hoc contingit, dum taxat sollicitis de proprio honore, & metuentibus po-

D

E

*NOTA

p. fufe Pe-
plaz E
pit. delict
.z. 2. a. 17
Ant. Go-
mez. d. 16
s. ti. de ho-
nic. nu. 4
& tit. de
del. maie-
tat. nu. 9
Menoc.
supra cal.
155. nu. 2.
& post
Med. &
Couar.
deac. Cl.
rus.
s
d. q. 87. &
Fatim. su-

pr. nu. 1
Sor. qui
referet bo
sequitur
Menoc. in
pr. n. 1
melius lo-
quos per
Nauarra
de restit.
l. 2. c. 1. n.
11. & 17.
s. postea
nu. 100.
Fari. q. 12
n. 6. & l.
s. Angeli
de maie-
ta. reu. in
na. publi-
ca. 109. &
est Mar-
Bart. &
aliozum
commu-
vide Bart.
nu. 15. p.
& 36.
s. Cephal.
con. 10.
lib. 2. Pe-
sonal. de
indict. &
tortur. d.
86.
s. Farin.
nu. 15.
de heret.
q. 6. c. 1.
& leg. de
Bimstel.
indict. 10

bus po-



bus potentiam aduersariorum, aut iudicum asperitatem, quamuis innocētissimi sint: adeo, vt plerumque nesciant præ perturbatione, quid dicant, vt bene Nouel. Paris, & alij apud Farinac. b

10. Si cum instrumento magicæ noxæ visus esset de loco exire fugiens, pallensque, in quo loco inuentus est aliquis læsus vel res maleficiata: hoc indicium omnino puto jesse propinquum & sufficiens ad torturam per se solum, vt in simili fatentur omnes de exeunte timido & pallido cum gladio eruento, & ex domo vbi occisus inuentus: immo communioem & verioem sententiam esse volunt hoc sufficere ad condemnationem, maxime si alia accedant indicia. Sed quid quid hi dicant, ego sequor Gandin. Boer. & Ioana. Andr. contrarium volentes, nempe nec sic quidem esse sufficiens indicium ad condemnationem. Miror autem Farinac. fateri hoc non esse verum de domo habente duo ostia, & tamen putare verum de via publica vel agro: cuius haud dubie plures sunt loci egrediendi & ingrediendi. g. Facilius autem admiserim sententiam illam communem in pœna duntaxat pecuniaria, non vero in ordinaria, vel extraordinaria corporali: nihilominus etiam quoad pecuniariam, quia Farinacius h, cum Claro, fatetur iudicem non teneri eam infligere, sed tantum posse si velit: semper sim auctor: ex hoc indicio ne procedat ad vllam condemnationem.

11. Est conuersatio cum malis hominibus infamatis de eodem delicti genere, eaque stricta & continua: sed hoc indicium est valde generale & remotum, tendens potius ad diffamatio-

A nem, quam vt per se sit indicium. egimus de illo præced. sectione.

12. Si commisso maleficio quis confestim veniat ad curiam: vt sollicitet inquiri & procedi de auctore criminis, cum hoc ad eum non pertineat sollicitare. hæc enim ingestio & sedulitas suspectum facit: & sæpe exemplis hoc deprehensum i, sed hoc etiam est leue, & debet bonis præsumptionibus alijs roborari vt sufficiat ad torturam. Quod multo magis tenendum de illo, qui sponte cum non tenetur malefactorē denunciare: nam qui tenetur denunciare, & non denunciat, vel tarde denunciat, hic præbet suspitionem contra se taciturnitate sua k.

13. Si inuentus fuerit veneficio occisus vel læsus aliquis in hospicio seu domo, posset esse indicium contra hospitem seu dominum domus, argumento eorum quæ censent doctores de inuento mortuo in domo alicuius. nam delictum in domo factum, præsumitur factum per existentes in domo: qui poterunt torqueri tanquam testes, si non probatur eos in domo non fuisse: idque nullo alio indicio concurrente: tanquam rei principales autem, alijs præsumptionibus concurrentibus: intellige nisi sint bonæ vitæ ac famæ, tunc enim non poterunt torturæ subijci vt rei principales, nisi si tacuerint & cælauerint mortuum, vel nisi constet homicidium non potuisse committi ab alijs, quam in domo existentibus: hoc autem difficulter potest constare, & in eo facile iudex potest labi (vt patet exemplo pulchro quod narrat Farinac. numer. 111.) quare non facile hoc credendum iudici, nisi sint personæ viles & de crimine simili suspectæ, vt de Farinac. a. numer. 98. vsque ad numer. 119. qui numer. 120. bene addit

D
E

i narrant
Marfil. n
pract. cri-
mi. n. 150.
s. diligen-
ter Nouel.
n. pract.
crim. post
ria. nu.
110.

T
Carrer.
ract. de
ndic. s. 1.
ndi. Ant.
Gomez p
s. c. 13. n.
14.
k vide Far
a nu. 94.
l Paris si-
pra c. 3. n.
14. Nouel
supra nu.
102. & 103.
Foller. in
practic.
cri. & alia

hoc indicium numquam sufficere ad condemnationem.

14. adhuc leuius indicium est, si mortuus reperitur in via prope domum alicuius: eadem enim tunc suspicio est de domino & inquilinis domus illius: hoc sufficit ad torturam, si sit repertus valde contiguus domui, & dominus vel domestici habuerunt inimicitiam cum defuncto, vel alias sint malæ famæ in similibus: vel si concurrant aliæ præsumptiones fortes. *Farin. à nu. 120.* Sic memini processum Madriti an. 1573 contra quandam famosam meretricem, prope cuius domum repertus asininus pullus excerebratus: quæ confessa in tormentis se usam cerebro ad philtum, & flagellata in exilium missa.

15. Est indicium vicinæ, quia in prædictis casibus etiam est præsumptio contra vicinos: quæ idem operatur quod præcedens, & etiam eliditur: si vicini sint bonæ famæ, vel mortuus extra viciniam habebat inimicos, à quibus potuit occidi. *Farinac. à n. 127.*

16. si quis tempore maleficij, vel incontinenti post, inueniatur in loco delicti, vel loco propinquo valde, & quasi contiguo cum armis seu instrumentis maleficij: tunc etiam si alias fuisse bonæ famæ, quia duo concurrunt, (locus & instrumentum) posset subijci torturæ, sine alijs adminiculis: quia tunc est indicium valde propinquum, si vero sit inuentus sine instrumentis, tunc ad torturam necesse est concurrant aliæ præsumptiones. *vide Farinac. à num. 133.*

17. est quando quis frequentat locum vel viam, ubi maleficium commissum, vel visus est immediate ante in illo loco vel via ambulare: tunc si ille malæ famæ in similibus, poterit statim

A subdi torturæ: si sit bonæ famæ, non nisi accedentibus alijs præiudicijs. Intellige de eo qui alias non erat solitus locum vel viam illam frequentare, nec tunc habebat aliam iustam causam illac transeundi, vt quia volebat accedere domum suam, Ecclesiam, vel quid aliud. *Farinac. à nu. 138.*

B 18. desumitur ex illo Casu, Cui Bonno: nam præsumitur deliquisse, qui causam habuit delinquendi grauem, & deliberatam, non subitam tantum vel leuem: & sufficit hanc causam fuisse existimatam talem à reo, maxime si sit pronus in illam causam (vt in amorem vel odium) & dummodo appareat alium neminem hanc causam habuisse: & hæc causa sit in specie iudicialiter probata: neque hæc omnia sufficient ad torturam, nisi mala fama aut aliud indicium accefferit. *Farinac. num. 144. cum seqq. ex Casono optime de hoc loquente, libr. de Indic. tract. 2. cap. 1. & cap. 3.*

C 19. Acclamatio aut vociferatio in domo iniuriam patientium, & tum fugiens seu exiens ex domo visus: nam tunc quasi duo concurrunt indicia, quorum prius indicat delictum, posterius delinquentem, & vnum iuuatur ab alio: vt sufficiat ad torturam, est indicium remotum, & per duos testes legitime probandum. *Farinac. à num. 157.*

D 20. Ex communi opinione Doctorum & Iudicum, sic cadaver positum coram reo sanguinem emittere inciperet, vel ex vulnere, vel ex ore, vel ex naribus: hoc indicium quidam magni faciunt, & de eius causa alias à me disputatum hoc eodem opere a. Ego istud indicium numquam existimarem sufficere ad torturam, quidquid graues. Dd. quidam in contrarium

dixerint

b post An
gel. & Pa
rid. Boer.
decif. 166
Blanc. de
indie. ad l.
fin. D. de
q. n. 408.
Car. tract
de indie.
Indici. 17
n. 2. Noue
reg. 184.
Meoach.
de arbit.
ca. 170. n.
16. & de
paxsum. l.
q. 89. n.
18. & ali

e vide Me
noch. de
paxsum.
l. q. 89.
Far. n.
165.

Bodin.
in d. n. 8.
& Godel.
l. 1. c. 3.
Mart. de
Arles de
suspect. à
n. 100.

di xerint. *b* Moueor quia verè est indi-
cium remotum, & quasi prodigiosum:
de cuius causa non constat, & incertis
simum, quod nullo iure vel causa iu-
ridice probata nobis constat, & tortu-
ra maximi est præiudicij, quare nisi ac-
cedant fama, minæ, inimicitia vel simi-
le adminiculum, numquam ad tortu-
ram ex hoc indicio Deum timentij iu-
dici procedendum, affirmavit. *Farina.*
n. 156. post Anton. Gom. 2. fufe & pruden-
ter hoc discutientem d. tom. 3. c. 13. à n. 15. &
Marsil. in pract. §. diligenter n. 181. Masc.
& alios.

21. Sumunt quidam ex mala physio-
gnomia & malo nomine, item si oculo
in terram defigant: de malo nomi-
ne, est sententia Marsilij Bruni & mul-
torum; *e* sed hæc meo iudicio proffus
est inanis præsumptio, quando nomen
impositum puero à parentibus; si im-
positum viro aut adolescenti à mori-
bus, vt lolent malefici nomina inui-
cem mutare, tunc haberem pro ido-
neo indicio ad probandum esse malū
hominem in genere, non vero ad pro-
bandum speciale delictum aliquod, nisi
ipsum nomen delictum illud signifi-
caret, sed tamen ad torturam solum
hoc non sufficeret. Quoad oculorum
in terram defixionem; hoc leuius ad-
huc est, potest enim ex pudore oriri:
nec est proprium vnus in specie deli-
cti, ac ne in genere quidem delicti suf-
ficiens argumentum. Vt nec physio-
gnomia mala: quare de his omnibus
indicijs prudenti iudici parum curan-
dum est, quod non aduertunt duo I. C.
hæretici, his nimium tribuentes, *d* vt
fortassis etiam Martin. de Arles. nec
obstat, quod directorum inquisito-
rum, *in 3. part. in cap. de signis exterior. per*
que Nicom. antici hæretici dignoscuntur
& magi hæreticæ, scribit, eos com-

A munius habere toruum visum & obli-
quum, ex visione & apparitione, &
collocatione malorum spirituum: non
enim illic ponit indicia sola ad tortu-
ram, sed etiam generalia quædam ad
dignoscendum personas, in quas for-
māda inquisitio; & hæc ponit tantum,
vt præambula quædam indicia ipsorum
indiciorum ad torturam.

B 22. AEque leue indicium est, si quis
natus sit ex mala patria, & in qua mul-
ti tales criminosi: hinc enim nimis ge-
neralem suspicionem gigni patet, vt
opt. docet Simancas. *e* idem censeo de
parentibus, quamquam sit indicium
non nihil propinquius, & magis immi-
neat periculum ab his, quàm à patria,
& faucat suspitioni experientia, maxi-
mè quando mater est malefica, & ma-
gis adhuc, si etiam auia fuit, hoc, vt cer-
tum admifere Godelm. & Bodin. *f* sed
hoc etiam indicium, vt incertum. reij-
ciunt, nisi iuuetur vehementibus præ-
sumptionibus alijs, Catholici & pru-
dentiores scriptores: *g* magis vrgeret
hac in re conuersatio & educatio, cum
tam malis parentibus, ad quam redu-
co præcedentem suspicionem: puto e-
nim, si à talibus parentibus ortus, & ab
his educatus fuerit, gigni suspicionem
ad inquirendum, quando non est bona
fama reus: si aliud indicium præterea
accedat, posse torqueri.

D 23. Si quis inimicorum obiectione,
vel amicorum admonitione infimula-
tus taceat, & quasi contemnat silen-
tioque eludat, quidam putant idoneum
indicium; quos citat Binsfeld. *h* sed me-
rito eos non sequitur, est enim leue &
incertum indicium, indigens admini-
culo aliorum, etiam ad specialem in-
quisitionem.

E 24. Si quis consueuerit scelerata iu-
ramenta, vel blasphemias, vel obscæ-

e Inst. Ca-
thol. c. 50.
n. 8. & 9.

f d. c. 3. Bo-
din. l. ult.
c. 4.

g Cyril. in
sum. crim.
rub. 29. de
q. 8. 4. n. 1.
& 2. Simā
sup. d. c.
50. n. 10.
& 11. Far.
q. 47. n.
179. Bins-
feld. indic.
16.

h Ind. 16.

X

nissima verba proferre, aut dæmonem sæpe nominare, seque aliosque illi frequenter deuouere; verbi gratia, de te dæmoni, auferat te diabolus, &c. si quis alia grauisima scelera specie differentia a sortilegio committat; eum sortilegij suspectum censet Binsfeld. *indic.*

¶ Ut post Carrer. & Sim. Me. noc. l. 5. de præiu. præf. 6. & u. 1. q. 12. Cast. l. 1. de iusta hæ. puni. c. 10.

¶ Godei & Binsf.

¶ Binsf. in sic. 18.

¶ II. eò quod graues scriptores tradant huiusmodi suspectos esse de hæresi. Sed obserua hoc indicium ad malam famam reduci, & dumtaxat solum sufficere ad inquirendum, ad torquendum non, nisi præsumptiones aliæ adiuuauerunt.

25. Si dum torquentur, nullas emittant lacrymas, nam censent DD. quidem eas flere non posse, si velint, & ideo hoc indicium ponunt Spreng, Grill Bodin. Sed hoc merito alii Kinane & friuolum signum reputant: nam si loquuntur de lacrymis ex pœnitentia vel deuotione, illæ non sunt spontanea, sed à Deo cui lubet dantur: si de lacrymis propter sensum doloris, fieri potest, vt sit talis quarundam constitutio corporis; noui pueros, quos citius flagris discidisses; quam vel vnâ lacrymulam excussisses: è contra Picardorum hæreticorum genus in Bohemia, quod *Fientes* vocant, aiunt vbertim flere quando cunque lubet. An ergo hi nequeunt esse striges?

26. Si vagæ sint, sæpe habitationem & domicilium mutantes: maximè post diffamationem, vel complices captos: hoc indicium est bonum indicium, sed commune omn. b. criminosis, vim habet ad torturam, quando alia accedunt indicia: fallit si sit bonæ famæ, quia hæc illud purgat; item si migrandi iustam causam probet.

27. Si singularitatem quandam præseferant impietatis vel religiositatis ostentatione, quoad diurnas in tem-

plo moras, habitum, &c. sic Binsfeld. m vt verum tamen fatear, hoc indicium valde lubricum & leue est, hypocritis potius probans; sortilegium vere non nisi remotissime.

28. Quidam sagas volunt dignoscere ex eradicatione chrisimatis in fronte; alij ex stigmate impresso: sed vtrūque merito improbat Binsfeldius; nam quoad eradicationem illam, ridiculum hoc est, chrisma enim nihil visibile vel sensibile relinquit in vertice vncti, quoad stigma non omnibus illud inurit. sed ijs tantum, quib. diffidit eos constantes fore: vt iam alij obseruarunt: o præcipuis non inurit; aliquando etiam delet cum capti sunt: & quando nõ delet, id relinquit, vt hanc superstitionem iudicium foueat, & sic nonnunquam innocentes plectantur, nec enim facile verum signum dignoscas à macula, vel næuo, vec clauo, vel impetigine naturali, tum quia non eadem est forma signi: aliquando est simile leporis vestigio, aliquando bufonis pedis, aliquando aranæ, vel catello, vel gliri, tum quia non idem locus, in virorum enim corpore sæpe visitur sub palpebris, sub labijs, sub axillis in humeris, in sede ima; fœminis etiam in mammis, vel muliebribus locis, tum etiam quia non omnium stigma est insensibile, vt docet experientia. Et si aduertant se pungi, fingere dolorem possent, etiam quem non sentiant. Quamobrem Michaelias, *Pneum. dog. libol. 5.* monet Iudices cum acu vel pugiunculo iubent stigma pungi, id tam caute fieri debere, vt striges non aduertant, colere enim illas cum aduerterit fingere, se vehementer stimulatione hac cruciari.

¶ Plerumque etiam alijs ex causis sunt cicatricosæ, quia sic in suos non raro dæmon sæuit, vt ostotum lacerum ac

dilania-

m Indiat

n Indiat

o Danzo Bodin. Godei.

ap
str
iuf
pu
&
in
tur.
Spr
Sil
az
que

dilaniatum relinquit, & perpetua in-
hæreant vestigia, vt de Rosa Gerar-
dina testatur Remig. c. 13. Quamquam
ex his ipsis cicatricibus aliud rursus, sed
incertum nascitur indicium.

29. Longe certius indicium est se-
quens; in Hallo villa Dicecesis Traie-
ctensis, femina quædam misera, die
quadam pedes suos pelui imponens, &
extra illam retrorsum saltans, sic ait:
salto de potestate Dei, in potestatem
Diaboli: quam Diabolus mox rapiens,
& in æra sustollens multis qui aderant
in villa, siue extra villam videntibus. vl-
tra altitudines nemorum transtulit, ita
vt vsque in hodiernum diem nusquam
compareat. sic Casar. lib. 11. cap. 60. &
precedenti capite, aperte indicauit hanc
magicis artibus instituisse. Sane huius-
modi dictum factumue, indicium vr-
gentissimum & proximum putarim.
Hæc de indicijs, quædam addamus de
denunciacione.

SECTIO V.

De denunciacione & testibus.



Y VIO operetur denunciacione
siue testimonium compli-
cis ostentum luculenter
sect. 3. Nunc tantum addenda
breuiter quadam de denunciacione &
testimonio aliorum, qui teneantur de-
nunciare, & testari, iam vidimus
sect. superiore. Nunc addo praxi rece-
ptum; per regulam, qua leges dicuntur
spectare ea, quæ frequentius contingunt;
vt quæ in hæresis crimine testimonia
probationesque recipiuntur, eadem lo-
cum habeant in crimine Lamiarum;
ratio, quia Lamiæ semper suspectæ sunt
de hæresi, & raro hæc suspicio fallit:
semper enim earum facta ferè sapiunt
hæresim manifestam.

A 2. Receptio testium debet ab ipsi-
met iudicibus seu inquisitoribus fieri;
nec est deleganda, nisi magna ex cau-
sa, & prudenti ac probò viro. brecipi
possunt etiam ante litis contestationem,
c & etiam ratificatio testimo-
niorum fieri poterit extra tempus pre-
stitutum ad probandum, d si iusta &
probabilis aliqua causa id exegerit;
semper autem erit rati habitio testium
adhibenda, etiam si reus se habere illos
pro ratificatis profiteretur. Publica-
tio quoque testimoniorum reo præ-
benda est, vt contra queat excipere;
nomina testium vero non sunt in hoc
crimine simul publicanda, quia peri-
culum ferè euidenter hinc imminet va-
riis ex causis testi, & negotia fidei sic re-
tardarentur, metu percussis testibus:
consultum tamen, vt (quod fit in His-
pania) iudices diligenter exquirant à
reo, num quos habeat inimicos, & tes-
tes suspectos in genere, quibus credi
nollet, & quare? confrontatione ergo
testium, & rei in hac materia non
vtendum nisi magna ex causa, & omni
periculo cessante; f vt cessat quando
complices deposuerunt. Et possunt te-
stes super iisdem articulis etiam
prorsus contrarijs, facta iam publica-
tione, audiri. post multos Simanc. supra
num. 3.

3. Possunt in hac causa à iudicibus,
maximè Ecclesiasticis (vt sunt inquisi-
tores) quælibet personæ egregiæ, et-
iam quilibet consanguinei, compelli,
vt se coram ipsis sistant, & testimonium
perhibeant, quod fidei fauore recep-
tum, g Vt autem in hoc crimine illu-
stres coguntur, sic etiam infames a-
lias personæ, vt complices (de quibus a-
ctum) excommunicati, & similes, non
vt plena eis fides, sicut alijs non famolis
sed quanta prudenti iudici videbitur

hodie
contrarij
in prax. o
brinere
scio. vide
Gall. l. 2.
obser. 96.
n. 10 ben.
post alios
Sim. vi. 35
n. 7. ex
quo de iu-
ceps ad
demus &
alia.
e c. quoni-
am sicq.
§. sunt &
alii, vtilite
non con-
test.
d c. vlt. de
hæc. in 6.
DD. in d.
c. quoniã
freq. & c.
z. de test.
e sic statu-
it Innoc. 6
vide Dir.
in q. 101. §. 2
f Sim. sup
n. 17.

g pl. c. 1.
de test.
cog. Rom
nota. 401.
Iaf. in l.
ad egregi-
as. D. de
iure iur.
Aimo
con. 120

circum-

Y
aPlur 2
strol. de
iusta hæc
pun. c. 12.
& Siman.
in praxi
tit. XI.
Spreng.
Silu. Spi-
azus la-
quer ali.